



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1230. Usque Ad Annum 1248

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1764

VD18 90118049

§. 41. Papa concilium convocat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66268](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66268)

Cathedrales egregie gubernaverat. Id Sæcul. XIII.
 patet ex litteris Pontificiis Romæ 14 Ma- A. C. 1240.
 ji 1240 datis. Posthæc eum Papa in pro-
 vincia Hierosolymitana & in exercitu ap. Rain.
 Christiano suum esse Legatum voluit. 1240. n. 74.

§. XLI.

Papa concilium convocat.

Friderico in Italia majores indies pro- Petr. de Vin.
 gressus faciente, præcipuorum Cardi- I. ep. 36.
 nalium quidam & aliquot Religiosi suam
 interponebant operam, ut Papa & ille in-
 ducias ac demum pacem inirent. At
 cum Lombardos iis contineri Papa vel- Matth. Par.
 let, Cæsar nollet, nihil statutum est, ut p. 484.
 liquet ex hujus epistola 18 Jul. 1240 da-
 ta. Deinde Papa Episcopum Brixien-
 sem ad Imperatorem misit, eique dici cu-
 ravit, se pacis jungendæ gratia in proxi-
 mum Pascha indicere concilium velle,
 atque ut Præsules & Optimates tuto ad
 id venire possint, saltem ad illud tempus
 usque inducias pangendas esse, quæ Lom-
 bardos quoque comprehenderent. Fri-
 derico pertinaciter recusante litteras ta-
 men ad convocandum concilium circum-
 misit.

Habemus illas, quas ad Archiepisco-
 pum Senonensem dedit, & in quibus præ-
 ter gravia sanctæ Sedis negotia aliam
 non exprimens causam, eum ad proxi-

Histor. Eccles. Tom. XX. B b mum

Sæcul. XIII. A.C. 1240. mum Pascha Romam proficisci, & provinciae suae collegiis, Abbatibus, aliisque nominatim haud dictis injungere jubet, ut illuc nuncios mittant. Scripsit simul Regi S. Ludovico, ut ad concilium Legatos mitteret suos: & has duas ille epistolas 9 Augusti dabat. Similes ad reliquos Præsules Principesque misit.

§. XLII.

Imperator se opponit concilio.

Petr. de Vin. l. ep. 34.
Matth. Par. p. 484.
Rain. 1240. n. 56.
Nang. Gesta p. 335. Lectis his litteris Fridericus Regibus Galliae & Angliae epistolam 13. Septemb. datam scripsit, in qua concilium universale a se petatum esse fassus, quem exitum negotiatio induciarum elapsa aestate haberit, refert; deinde queritur, quod Papa in convocatione concilii de agitandis ibi pacis consiliis nullam, sed solam de grandibus Ecclesiae Romanae negotiis mentionem faciat. *Vide, adjungit, quomodo tempus in consilium adhibeat! Denegatum nobis concilium convocare vult, postquam ci- ves rebelles invasimus. Considera viros, quos nominatim appellat! Illi non sunt Legati tui, qui ei tam saepe tuo nomine pacis media proposuerunt; sed Comes Provinciae, Dux Venetorum, Marchio Atestanus, alique manifesto contra nos seditiosi, ac ejus pecuniis corrupti, ut publice ajunt. Postea de Pa- pa loquens, Quamdiu, inquit, dissidium*